

& ad ipsum Deum convertere. Qvale arbitrium statuerunt Pelagiani, sed Orthodoxi semper impugnârunt.

7. *Qui mandat seriō, ut nomen suum post mortem invocetur, is invocationem sanctorum præcipit:*

*Atqui Jacobus Gen 48,16. mandat ut nomen suum invocetur super eos:*

*E. Sanctorum invocationem præcipit.*

Resp. est eadem fallacia. Medium est διτὸν, & ideo quatuor termini. *Invocari* enim non tantum auxilii implorationem & exauditionem ; sed etiam denominationem significat, qui posterior significatus huc spectat. Vult enim *Jacobus* ut filii Josephi à se denominentur *Israëlitæ*, ad complendum numerum tribuum duodecim. Estq; in fontibus non invocetur, sed *וַיִּקְרָא בְּחַם שֵׁמִי vocetur in ipsis nomen meum*, h. e. nuncupentur de nomine meo. Sic usurpatur Es. 4. v. 1. *בְּקָרָא שֵׁמֶךְ עֲלִנִּי*. lasz uns nur nach deinen Namen heißen.

8. *Qui nongignit, nec gignitur, nec procedit non est verus Deus:*

Deus